

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ sit materia remota consecrationis. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

hac perfeuerantia: Neque inde fit quilibet recipiētēm rite Eucharistiam perfeueraturū in gratia, sed neminem in gratia perfeueratur, cui propriā Eucharistiam, vel vorum illius perfeuerantia non concedatur.

Respondeo concedendo Eucharistiam esse cibum, quo alimus, & confortamur in vita spirituali, nego tamen ad conseruationem vitæ spiritualis esse aquæ necessarium, ac est cibus materialis corporali vite. Tum quia corporalis vita pauperrim diminuitur, quæ cibo non reficeretur, omnino periret. Secus vero spiritualis vita, quæ integra perfeuerat, donec omnino per peccatum mortale derparatur. Tum quia Eucharistia non est vicus cibus, quo vita spiritualis conserueratur, cum plures alij adhuc nemp̄ oratio, ieiunium, elemosynæ, & cuiuslibet alterius virtutis exercitum. Quapropter etio cibus spiritualis ad conseruationem vitæ spiritualis necessarius est, sicut materialis ad conseruandam corporalem vitam, nullatenus infertur Eucharistiam necessariam fore. Eodem modo intelligi debet esse antidorum, quo liberamus à cupis quotidianis, & à mortalibus perfeuerantia: est enim medium conuenientissimum ad hunc effectum, sed non simpliciter necessarium, cum alia via obtineri possit. Adde non obtinere inaffidabiliter, & efficaciter hanc a mortalibus præferentiam per Eucharistiam, alia Eucharistia semel rite suscepit, conseruat, & suscipit in gratia. Sed obtinere hæc præferentia efficacius quam oratione, elemosyna, alteriusve virtutis exercitio. Affirmare autem nemini perfeuerantiam concedi nisi ob Eucharistiam suscepit, vel illius suscipienda vobis, nullo nichil fundamento, quod amplius constabat ex solutione rationum, quibus Doctores num. 2. adducti mobabantur.

5. Ad primum admitto Eucharistiam esse panem vita. Tum quia vita upponit. Tum quia vitam spiritualem perficit. Item admitto ritè suscipientem vivere in æternum propter ipsum quatenus est ex parte sacramenti. Vita enim spiritualis ex se æterna est. Cum vero virgint manducantem Eucharistiam vivere propter Christum, sicut Christus vivit propter patrem, intelligi non debet comparatio quoad necessitatem, sed quoad dependentiam, seu participationem. Ita ut sit sensus. Sicut Christus vitam quam habet à patre accipit, & propter ipsum vivit, sic manducans ritè Eucharistiam, à Christo vita accipit, & propter ipsum vivit. Sed non inferendum alia via, quia Eucharistia susceptione vitam haberi non posse. Sunt enim plura alia media, quibus Deus vitam, illiusve augmentum hominibus communicat. At Christus à nullo alio nisi à Patre vitam accipere potest. Neque his obstat locus Iohannis 3. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, &c. hæc enim verba non necessitatatem modij determinant, sed necessitatem modij, vel præcepti inferunt. Si enim applicentur materia ad remissionem peccati per se instituta, inferunt necessitatem modij, vt in baptismo contingat si applicentur materia, quæ per se instituta non est ad remissionem peccati, sed ad gratiam augmentum, necessitatem solius præcepti inducere possunt. Sicuti constat ex illis Christi verbis Marth. 18. Nisi efficiantur sicut parvuli non intrabit in regnum cœlorum, quo loco humilitera commendatur.

Ad secundum respondeo, cum sancti Patres afferunt neminem saluari, neque immortalitatem conseq̄ui, nisi fuerit particeps corporis, & sanguinis Christi, intelligendi sunt non de participatione reali per sacramentum, aut votum illius, sed de participatione mystica, que est per charitatem, vt explicuit August. tract. 26. in Iohann. Hunc (inquit) cibum, & potum, societatem vult intelligi corporis, & membrorum, quod est Ecclesia. Et paulò inferior. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere, vel intelligendi sunt de conuenientia, non de necessitate, sicuti explicuit Vafq. disp. 169. cap. 4. quasi diceret neminem alia via conuenientiori, & aptiori suscepit baptismum, vel penitentiam vitam æternam, & immortalitatem corporis conseq̄ui posse, quam Eucharistiæ susceptione.

P N C T Y M . IV.

Quæ sit materia remota consecrationis.

1. Panis, & vinum est materia remota Eucharistia.
2. Panis debet esse triticum.
3. Confici debet aqua naturali.
4. Est enim aqua naturalis vel fermentatum non est de necessitate Sacramenti, bene tamen de necessitate præcepti.
5. Ob nullam grauem proximi necessitatem omitti potest hac obligatio.
6. Materia Sacramenti sanguinis est vinum de vite.
7. Debet esse ex vase expressum.
8. Vinum congelatum materia est consecrationis, tametsi alij contrarium sentiant.
9. Acetum non est materia.
10. Neque sapo, nec lora, &c. 10.

1. Panem, & vinum materialiter esse venerabilis huius sacramenti definit Concil. Lateranen. in cap. firmiter de famâ Trinit. & fide Cathol. & Florentin. in decreto fidei post ultra, sessionem 8. tertium est sacram, & Trident. sess. 13. cap. 1. & aliis, & colligitur ex Math. 26. Marco 14. Luca. 22. Pauli 22. ad Corinth. 11. iuncta Ecclesiæ praxi, & perpetua tradizione. Congruentia huius institutionis defini debet ex dignitate tantum sacramenti, & ex eius effectibus: dignitati namque sacramenti maximè decet ex pane, & vino confici, vt sic omni munditie, & puritate qua fieri potest sacrificium incurruntum constitutus, apertissimè sacrificium eruentum in arâ crucis oblatum repræsentet, apertissimè denotetur coniunctum, quod nobis Christus Dominus in hoc venerabilis sacramento parat. Deinde congruit effectibus huius sacramenti significandi, denotat enim expresse unionem, quam fideles medio hoc Sacramento inter se habent, & cum suo capite Christo. Non fecit ac ex pluribus granis vnicus panis, & ex pluribus vnius vñfum vinum conficitur. Et sicut panis nutrit, & vinum laetificat, & virtutum vires resicit, & sumentem confortat, sic hoc diuinissimo Sacramento suscipientes aluntur, confortantur, & latitudinem spiritualem accipiunt, & in spiritu recreantur.

2. Panis materia huius sacramenti necessaria debet esse triticus, quia hic solus est, qui absolutè, & simpliciter panis nuncupatur, alij cum addito. Colligitur manifestè ex Florent. concil. loco allegato, & ex praxi, & traditione Ecclesiæ. Quocirca panis ex mylo, maya, caftaneis, leguminibusue confectus nullatenus est materia, quia non est panis vñfialis, & tradunt omnes. Ex hordeo, oriza, & farre Gabr. lett. 35. in canon. misse affirmat tanquam probabile esse materiam consecrationis, eo quod concilia non definierint solum panem ex tritico confectum esse materiam, vt videre est in his, que referunt Gratian. de consecrat. dist. 2. cap. cum omni criminis & alii. At fragmentum comprehendit quamlibet speciem grani habentem asidas, telle Plinio, lib. 18. hist. cap. 7. Varro. de re rustica, cap. 48. Isidor. lib. 17. etymol. cap. 3. Ergo panis ex omnibus illis confectus est materia. Sed contrarium omnino dicendum est, qui esto ante Eugen. IV. concilia non sat expresserint qui panis consecrationi necessarius fuerit, at Eugen. I V. in decreto illo fidei §. tertio apertissimè definit solum panem triticum consecrationi deferire posse. Cum autem hordeum, auena, oriza, & fara non censeantur communis hominum estimacione triticum, sed alia species fragmenti longè inferiores, efficiunt omnia illa materiam non esse consecrationis. Typha Graecæ, Larinæ Blatha, Hispanæ Zenteno. S. Thom. quæst. 73. art. 3. ad 2. affirmat materiam esse, quia existimat esse triticum aliquiter degeneratum. Contrarium verius reputo, quia esto aliquando ex tritico datum fuerit. At ob debilitatem terræ in alteram speciem mutari potuit, si est cendendum. Vafq. disp. 170. cap. 3. num. 21. Idem est dicendum de auena, seu spelta, quamvis aliquibus placeat triticum esse, vt videre est apud Sotum. in 4. dist. 9. art. 3. Aegid. de Coninch. quæst. 73. art. 3. num. 52. Amylon, quod ex tritico madefacto, & expreso conficitur, tametsi verum sit in farinam aptum non est, vt consecrationi deseriat, sicuti probabilior tentia tenet apud Vafq. disp. 170. cap. 4. num. 23. Aegid. cum D. Thom. quæst. 73. art. 3. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. num. 8. contra Bonac. & alios ab eo relativos. disp. 4. quæst. 2. part. 1. num. 7. Quia per illam triticum madefactionem non leviter triticum corrumperit, & quasi in alteram substantiam mutatur, ideoque panis inde confectus vñfialis non est. Illud vero est certum ex omnibus sententiis esse grauissimum peccatum in pane ex his seminibus confecto consecrare, quia saltu est dubia materia.

3. Præterea panis triticus consecrationi deseruit, debet ex aqua naturali confici esse, & igne tollitus, quia hic est panis vñfialis. Vnde confectus ex melle, lacte, olio, aqua rosacea, vel simili consecrationi ineptus est, quia non est panis vñfialis, sed placenta, vt bene D. Thom. quæst. 74. art. 7. ad 3. Aegid. de Coninch. art. 3. n. 4. Vafq. disp. 170. cap. 4. num. 25. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. assert. 3. Bonac. disp. 4. quæst. 2. part. 1. num. 3. Similiter mala ante quam igne torratur, à sacramentum materia deficit, quia esto non differat specie à pane cocto, differt tamen à ratione panis vñfialis, qui fuit à Christo pro materia huius sacramenti institutus. Sic D. Thom. Bonac. Laymann. Vafq. Aegid. & alij locis citatis. Quod si triticis grani alla diuera miscantur, vel aqua naturalis, mel, lac, & ex ea mixtione panis conficitur, considerandum est, an extranea materia natum superet, nam eo casu mixtum consecrationi inceptum est, at si propria materia extraneam vincat, aptum erit mixtum consecrationi validum, quia absolutè panis est vñfialis; graue tamen peccatum consecrants committunt aduersus puritatem debitam huius Sacramenti, & illius institutionem. Sic tradunt D. Thom. quæst. 74. art. 3. ad 3. & ibi. Aegid. de Coninch. num. 55. Vafq. disp. 170. cap. 4. num. 26. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. vers. denique. Bonac. disp. 4. de Sacram. Euchariſt. quæst. 2.

part.

part. i. num. 4. Ob eandem causam peccatum graue erit consecrare in pane, qui iam incepit transmutari, & corrupti, sicut in vino, quando incepit acelceri; docuit D. Thom. *quaest. 74. art. 7. ad 3. Henr. lib. 8. de Eucharist. cap. 9.* Bonac. *disp. 4. quaest. 2. pun. 1. num. 5.*

4. Verum quod panis triticus debet esse azimus, aut fermentatus non est de necessitate sacramenti, ut definiri ex pref. Cœcil. Florent. *in decreto de Armeniis, §. tertio in Eucharistia.* Vterque enim panis est visualis, conuenientior tamen est azimus, quam fermentatus, vt docuit D. Thom. *quaest. 74. art. 4.* cum ob significandam puritatem Corporis Christi, quod sine operâ viri conceptione est, tum ob denotandam puritatem, qua hoc Sacramentum recipi debet. Tum præcipue, quia probabilior, & ferè certa sententia fert Christum Dominum in azimo consecrare, siquidem post vnum agni paschalisi, in quo non licet panem vti fermentato, hoc Sacramentum inicitur. At de necessitate præcepit Sacerdos Ecclesie Latinae in Ecclesia Latina tenetur in azimo consecrare, Græcus vero in Ecclesia Græca in fermentato, vt ex pref. tradidit Concilium Florentinum. *dicit decretum. §. 2.* Definiunt (inquit) in azimo, siue fermentato pane triticico Corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in alterutro ipsum Domini corpus conficerere debent, vnumquemque iuxta Ecclesiæ sua Occidentalium, siue Orientalium consuetudinem, & notauit D. Thom. *quaest. 74. art. 4.* Quod adeo verum est, vt Sacerdos Latinus transiens per Ecclesiam Græcam, & Græcus per Ecclesiam Latinam retinere sua Ecclesiæ consuetudinem possit, consilius tamen faceret, si illius Ecclesiæ, qua transiit, ritus obserueret, sicut multis allegatis probat Bonac. *dicta disp. 4. quaest. 2. pun. 1. num. 9. & latius. Aegid. de Coninch. q. 74. art. 4. dub. 2.*

5. Ade Sacerdoti Latino in Ecclesia Latina licitum non est ut fermentato, neque Sacerdoti Græco in Ecclesia Græca, etiamque populus diu deberet sacrificio priuari, & proximus absque viatico decedere, quia viuillias communis priuati comodis præferri debet. At ad utilitatem communem Ecclesiæ pertinet ritus præscriptos in sacramentis consuētudines obseruare. Ergo haec viuillias culibet alteri viuillati præfenda est. Ade præceptum communicandi in articulo mortis, & audiendi lacrimi diebus festiis neminem obligare, nisi quando sacrificium fieri potest seruatis legibus, & ritu ab Ecclesiæ præscripto. Sic Sotus in *4. disp. 9. art. 4. Suar. disp. 44. sect. 3. in fine. & sect. 4. concl. 2. & disp. 76. sect. 5. dub. 2. Henr. lib. 8. cap. 11. n. 7. Bonac. disp. 4. q. 2. p. 1. num. 11.* Paul. Laymann. *lib. 5. sum. tract. 4. cap. 1. vers. altera pars.*

6. Materia factamentum sanguinis est vnum de vite, & lulum aliud, colligitur ex Mathæi 26. Lucæ 22. iuncta Ecclesiæ traditione, definitumque est in Concilio Florent. *decreto fidei. §. tertio & supponitur in Trident. sess. 13. cap. 1.* Et 2. Vnde liquores expressi ex pomis, & malis-granatis nullatenus consecrationis deseruite posse, quia non sunt vnum absolue, & tradunt omnes.

7. Hoc vinum debet necessario esse ex vnius expressum. Nam dum liquor intra vuam est per se potari non potest, sed potius comedi, neque signo hic demonstrari potest, cum non sit sub vuia, vt totum quoddam, sed vt pars in toto, neque est aprius, cui aqua misceatur. Sic D. Thom. *quaest. 74. art. 5. & ibi. Aegid. numer. 123. Valq. disp. 175. num. 11.* Paul. Laymann. *lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. affer. 4. Suar. disp. 45. sect. 1. Bonac. disp. 4. de Sacram. quaest. 2. pun. 2. num. 9. & alii plures apud ipsos.* Liquor vero expellus ex vnius maturis, sed non defecatus, quique Mustum communiter appellatur, materia est consecrationis, quia absolute est vnum, sed non est decens, idœque absque virginis cœla graue peccatum esset ea uti materia ad consecrationem. Colligitur cap. *omne crimen de consecrat. dist. 2. & tradit Valq. dicta disp. 175. cap. 1. num. 7. Suar. disp. 45. sect. 1. vers. tertio. Aegid. quaest. 74. art. 5. num. 124. Paul. Laym. lib. 5. sum. tractat. 4. cap. 2. affer. 5. Bonac. disp. 4. quaest. 2. part. 2. num. 3.* Notanter dixi ex vnius maturis, nam liquor expellus ex immaturis, quique Agrepta nuncupatur, cum natura vini consecutus non fuerit, a materia consecrationis excluditur. Sic D. Thom. *receptus ab omnibus. quaest. 74. art. 5. ad 3.*

8. Vinum congelatum aliqui censem inceptam consecrationem esse materiam. Sic Ledel. *1. p. quart. q. 15. art. 5. dub. 1.* Alanus *lib. de Eucharist. cap. 11.* Attilla *verbo Eucharistia num. 19. Anglie. in 4. p. de essentiali Eucharist. art. 3. difficult. 3.* Mouentur, quia vinum congelatum potabile non est, ergo esse non potest materia consecrationi. Hac enim ratione inclusum in vini diximus inceptam consecrationem esse, & aquam congelatam inceptam materiam baptismi, quia incepta est ablutione. Cum ergo vinum congelatum ineptum sit potatione, & consecratione inceptum esse debet. Nihilominus probabilius est vinum congelatum materiam consecrationis esse (nisi aliquando ob congelationem substantia vini corrumperetur), quod in communis congelatione censem non est. Sic Sylvest. *verbo Eucharistia 2. quaest. 10. num. 15.* Sotus in *4. disp. 9. art. 5. Suar. disp. 41. sect. 1. circa finem.* Aegid. de

Coninch. *quaest. 74. art. 5. num. 126.* Bonac. *disp. 4. quaest. 2. part. 2. num. 10.* Paul. Laymann. *lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. affer. 5. in qua aduentitia.* Ratio est, quia vinum congelatum per se est potabile, esto per accidens potari non possit. Quod fecus accidit in vini inclusu in vini, quod per se est commestibile, non potabile. Consecrationem autem non impedit quod vinum ex aliquo accidenti actu potari non possit, si per se potabile est, quia Eucharistia non in potatione, sed in re, que potanda est constituit. At quia congelatio impedit ablutionem, in qua essentia baptismi constituit, ea de causa aqua congelata baptismi inepra est, non autem vinum congelatum consecratio. Et forte ob hanc causam Pius V. in *Rubrica Missalis de defunctionibus Missa §. in hyeme statuit, si post consecrationem vini congelatum fuerit, igne liquefeti, & sumi, manifestè supponens ob congelationem species vini consecrationi aptas non corrupti. Patetur tamen ferè omnes doctores relati graue esse peccatum, si in vino congelato consecratio fiat, quia dubia est materia. At si prius fuerit congelatum, & postea liquefiet, non est improbatum licet consecrari, quamvis minus decenter, quia est verum vnum, & actuali potationi aptum, sed congelatione aliqualiter immutatum. Sic Suar. *disp. 45. sect. 1. in fine.* Aegid. de Coninch. *q. 74.**

9. Acetum esto ex vino fiat, nullatenus est materia consecrationis, quia in aliam natum à vino est transmutatum, ideoque Pius V. *Rubrica de defunctionibus in Missa occurribus, præcipit Sacerdoti reperienti tempore consumptio in accepto congelasse, vt vinum apponat, & denud consecret.* Et Gregor. X III. imperauit deleri *Glossam in cap. 2. de consecrat. dist. 2.* affirmant acutum esse consecrationis materia. Quod si Isidor. *lib. 8. etymolog. c. 3.* & Innocent. III. *lib. 4. de sacrifici. Miss. c. 10.* aliqui Doctores dixerint acetum esse materiam consecrationis, intelligendi non est de acto perfecto, sed de vino acido, qui ad acetum pergit, se tamen uti ad consecrationem extra necessitatem peccatum est, & quidem graue, si ita aceti natura proximum fit, vt merito dubitetur, at vini qualitates amiserit. *Vivul. de Eucharist. cap. 1. num. 4.* Victoria *eadem conclus. 59. Pitigian. distinct. 11. question. 7. conclus. 6. Valq. 3. pars. 1. dist. 175. cap. 1. in difficult.* Bonac. *disp. 4. p. 2. num. 5.* Aegid. *quaest. 74. art. 5. n. 12.* Paul. Laymann. *lib. 5. sum. tract. 4. cap. 2. affer. 5. vers. aduerto secund. Suar. disp. 45. sect. 1. vers. quart.*

10. Sapa Hispanæ arrope à materia consecrationis excluditur, quia in aliam natum à vino creditur esse conseruum. Et idem est censemendum de vino cocto, Hispanæ *Aqua ardiente.* Sic pluribus firmat Bonac. *disp. 4. de Sacram. quaest. 1. p. 2. n. 5.*

Lora Hispanæ *Aguapie,* quod ex vini iam expressis mixta aqua conficitur, nullatenus est materia consecrationis, ut communiter fit, quia non est vnum, sed aqua temperata est etiam materia, si in minimâ quantitate mixtio continget. Illud certum est esse graue peccatum in ea consecrare. Sic sustinet Suar. *3. p. disp. 45. sect. 1. vers. 1. vers. 2. Valq. disp. 175. cap. 1. num. 8.* Bonac. *disp. 4. q. 2. pun. 2. num. 7.* & alii communiter.

P V N C T V M . V.

De mixtione aquæ pro consecratione Calicis.

1. Obligatio est miscendi aquam vino ante consecrationem.
2. Non ex necessitate sacramenti, sed præcepti.
3. Ex præcepto binino miscendam esse plures firmant.
4. Probabilius est ex solo Ecclesiæ præcepto.
5. Fit satis oppositum fundamento.
6. In qua quantitate hac mixtio facienda sit.
7. Tempore sacrificij, & ante oblationem effacienda.
8. Proponitur quaestio, an aqua, quæ tempore consecrationis in vnum conseruitur non est, in sanguinem Christi immediatè converatur, sicuti converterit vnum.
9. Affirmant plures, & quibus probent.
10. Contrarium ut probabilius defensit.
11. Diluvium opposita fundamenta.

1. **A**quam vino consecrando miscendam esse ex perpetua Ecclesiæ traditione docuit Florent. *con. in literis Unionis, & Trident. sess. 22. cap. 7. & pluribus exornat Valq. disp. 176. cap. 1. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 10. & 11. Suar. disp. 45. sect. 2.* Congruentia huius mixtions triplex est, vt colligitur ex S. Thom. *quaest. 74. a. 6.* Et Innocent. *in cap. Cum Martha de celebrat. missa & Iulio Pontifice. cap. 1. cum omne de consecrat. dist. 2.* Sed præcipue ex Trident. *sess. 22. cap. 7.* Prima quod Christum Dominum ita facile credatur. Secunda quia è lacere eius aqua simil cum sanguine exercit in testimoniis plena ablutionis nostrorum peccatorum per meritum Christi, quod Sacramentum hac mixtione recolitur. Tertia ad significandam vniōrem populi fidelis cum suo capite Christo